

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Vierundzwanzigster Band.



**Hannover und Leipzig.
Hahn'sche Buchhandlung.
1899.**

Drei rheinische Papsturkunden. 1147—1152.

Mitgetheilt von **Julius v. Pflugk-Harttung.**

Nichtveröffentlichte päpstliche Originalurkunden aus der Zeit vor Hadrian IV. sind in Deutschland sehr selten geworden, nachdem die weitaus grösste Zahl derselben in meinen *Acta Pontificum Romanorum* mitgetheilt ist. In diesen finden sich auch mehrere Stücke aus dem Staatsarchive in Coblenz, doch fehlen darin die drei hier gegebenen, und zwar aus folgenden Gründen. Während ich für die *Acta* sammelte, waren diese Urkunden neben anderen werthvollen Diplomen im Besitze des Gastwirthes Tier in Zell an der Mosel. Ich sprach ihm die Bitte aus, mir seine Papsturkunden zu schicken, erhielt jedoch zur Antwort, dass er sie nicht senden könne, dass sie mir aber in seinem Hause zur Verfügung stünden. Da die Reise von Tübingen nach Zell für mich zu weit war, verzichtete ich auf dieselbe. Inzwischen hat im Jahre 1891 der damalige Director der preussischen Staatsarchive, Herr von Sybel, auf Betreiben des Herrn Staatsarchivars Dr. Becker die Urkunden des Herrn Tier für das Archiv der mittelrheinischen Länder in Coblenz angekauft, unter dessen Beständen sie sich jetzt wohlgeborgen befinden. Herr Dr. Becker hatte die Güte, mir die Schriftstücke nach Berlin zu senden und mir durch Mittheilungen nützlich zu sein, wofür ich ihm hiemit meinen Dank ausspreche.

Es handelt sich um ein Original des Augustiner-Chorherrenstiftes Springiersbach bei Alf a. d. Mosel vom 18. Mai 1147, und um zwei des Benedictiner-Nonnenklosters ad Horreum, Oeren (St. Irminen) in Trier, vom 20. April 1148 und vom 27. Mai 1152. Von diesen Urkunden ist namentlich die des 18. Mai durch ihren reichen Inhalt interessant, der sich die vom 27. Mai würdig anreihet, während die vom 20. April mehr dem üblichen Wortlaute der päpstlichen Privilegien entspricht. Die drei Bullen sind aus Goerz, *Mittelrheinische Regesten* II, S. 704, 705 in den Nachtrag der zweiten Auflage von Jaffé's *Reg.*

Pont. Rom. als n. 9053 a. 9248 a. 9583 a übergegangen. Beachtenswerth erscheint bei der vom 18. Mai die Menge Schreibfehler, welche darauf deutet, dass der Schreiber mit dem Lateinischen nicht auf bestem Fusse stand. Dies fällt nicht zum wenigsten deswegen auf, weil es sich um eine gute Kanzleihand handelt, die auch andere Bullen geschrieben hat. Eine Urkunde Innocenz' II. für Springiersbach ist Jaffé Reg. 8346 falsch zum 22. Februar 1143 angesetzt, während sie zum 24. April gehört. Das Datum lautet auf dem Originale: 'Datum Laterani, per manum Gerardi, sanctę Romanę ecclesię presbiteri cardinalis ac bibliothecarii. VIII. kal. Madii. Incarnationis dominicę anno MCXLIII. Indictione VI. Pontificatus vero domni Innocentii papę anno XIII'.

Bei dieser Gelegenheit mag auf drei Breven aus Aosta verwiesen werden, welche in Jaffé-Löwenfeld fehlen, obwohl sie bereits in I. A. Duc, *Esquisses Historiques des évêques d'Aosta* (Aoste 1885) I, p. 247. 254. 256 gedruckt sind, freilich fehlerhaft, wie ich bei meinem Aufenthalte in Aosta vor 9 Jahren feststellen konnte.

1152 Januar 15. Eugen III. verbietet, dass kein Bischof von Aosta Besitzthümer der Domkirche von Aosta ohne Zustimmung des Capitels entfremden dürfe. — 'Quoniam universalis ecclesię. — Datum Signie, XVIII. kl. Febr.' Im Datum stand ursprünglich XVII, eine dritte I mit anderer Tinte nachgemacht; die beiden letzten I gehen geschwänzt unter die Linie. — Original im Capitelarchive zu Aosta. Pergament italienisch, breit 0,14, lang 0,13, unten ca. 0,017 umgeschlagen, durch zwei Löcher ging die Schnur, welche mit dem Bleisiegel verloren ist. Von dieser und der folgenden Urkunde besitze ich eine Abschrift, die ich zur Verfügung stelle. Vergl. auch J.-L. 9532. 9533.

1176 März 21. Alexander III. bestätigt die Beilegung des Streites zwischen dem Domcapitel und dem Bischofe von Aosta durch den Erzbischof von Tarentaise. — 'Cum inter vos. — Datum Anagnie, XII. kl. Aprilis'. Wegen des Datums vergl. J.-L. 12689. Or. im Capitelarchive zu Aosta. — Pergament italienisch, breit 0,23, lang 0,21, unten ca. 0,02 umgeschlagen, durch zwei Löcher geht die rosa und grünlichgelbe Seidenschnur, an der das Blei hängt. Bis 'super hoc' helle Tinte, 'rationabili' dunkelbraune, 'providentia statutum est et' wieder die helle, der Rest mit der braunen Tinte geschrieben. — Es handelte sich in dem Streite 'super quibusdam ecclesiis' um die Pfarreien Châtillon und Jovensan, vergl. Duc, *Evêques* I. p. 104.

(1171—) 1179 Januar 13. Alexander III. bestätigt dem Domcapitel von Aosta den Erlass Bischof Arnulfs von Aosta, demzufolge der Propst ohne Zustimmung des Capitels weder Güter vergaben noch Bedienstete anstellen darf. — 'Pervenit ad nos. — Dat Tusculani, Id. Ian.' Nach der allgemeinen Sachlage ziemlich sicher 1179 Januar 13. — Abschrift des 18. Jh. im Capitelarchive zu Aosta.

Papst Eugen III. bestätigt dem Abte Richard von Springirsbach und den übrigen Aebten derselben Gesellschaft ihre Einrichtungen und verleiht deren Genossenschaft Regeln.

1147 Mai 18.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Richardo, abbati de Sprinchiresbach, ceterisque abbatibus eiusdem ordinis et societatis canonice substituendis, in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est, facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter quoniam per operationem sancti spiritus in ecclesiis vestris fervor canonici ordinis acceptabiliter custoditur, placuit nobis, consuetudines bonas, quas deo inspirante iam rationabili providentia inter vos ordinastis sive in posterum ordinabitis, privilegii nostri auctoritate firmare, ut eas nulli liceat temere perturbare aut infringere, et ut omnes ecclesie, que a vobis institute sunt, aut in posterum secundum ordinem et consuetudinem vestram instituende, sive que earundem consuetudinum servandarum vobiscum societatem inierint, unanimiter secundum vestrum tenorem^a et consuetudinem vivant, et ut his, que a vobis communiter observantur, nulli liceat, aut demere quicquam, aut addere, aut immutare, nisi communi consensu et diffinitione. Ut autem inviolabiliter hec a vobis conservari queant, statuimus, ut omnium ecclesiarum, que sunt vestre societatis prelati, ubi vobis oportunum visum fuerit, semel^b in anno in unum ad capitulum conveniant, quatinus ibi pari consensu, que corrigenda de ordine emerserint^c, corrigantur et que supplenda vel adicienda addantur et cetera ad utilitatem et honestatem communem pertinentia. Si quis vero abbatum vestrorum illic vel de persona sua vel de ordinis sui transgressionem^d notatus vel ac(c)usatus fuerit, humiliter reatum suum confiteatur et postulata venia secundum iudicium

a) Es steht 'tenerem'. b) Es stand 'sesemel', das erste 'se' wegradiert. c) Es steht 'emerserint de ordine', durch zwei Striche vor dem ersten 'e' und über 'de' die Wortversetzung angedeutet. d) transgressionem.

fratrum suorum dignam satisfactionem^a exsolvat. Si autem aliquis contumax extiterit et, a fratribus suis monitus, culpam suam nullatenus emendare voluerit, per duos vel tres abbates de vestro ordine episcopo, in cuius parrochia est, culpa illius exponatur, et per illum iterum cum predictis abbatibus de correctione sua admoneatur. Quod si nec sic correctus fuerit, ne et sibi et gregi commisso perniciosus existat, secundum consilium eorundem abbatum, per quos culpa eius innotuit, ab episcopo suo deponatur, et alium in locum illius secundum liberam fratrum eiusdem ecclesie^b electionem, qui eisdem digne preesse valeat, subrogetur. Depositus autem ad ecclesiam, unde assumptus^c est, revertatur. Prohibemus etiam, ut nulli umquam fratrum vestrorum post factam professionem absque libera abbatis sui et fratrum licentia liceat, ecclesiam, in qua professionem^d fecit, relinquere et ad aliam pertransire. Nec aliquis episcoporum, abbatum, priorum vel aliqua persona^e eum retinere presumat, sed tamquam sue professionis^f prevaricator redire ad locum proprium compellatur. Porro ordo canonicus, qui per dei gratiam secundum regulam beati Augustini^g in ecclesia vestra noscitur institutus, perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Id ipsum autem et de his, que per vos in posterum, divina cooperante clementia, in regulari ordine fuerint institute, firmiter observari decernimus. Preterea quieti et hutilitati vestre in posterum providentes apostolica auctoritate prohibemus, ut abbates de vestro conventu nullum militem vel aliquem alium in hominum suscipiant, vel bona ecclesiarum in beneficium^h cuiquam tribuant. Hec igitur et alia, que secundum deum communi assensu tenenda ammodo decreveritis, ad honorem sanctę ecclesię et religionis augmentum auctoritate beati Petri, apostolorum principisⁱ, et nostra confirmamus et rata esse precipimus. Si quis autem huic nostre constitutioni^k temerario ausu contraire temptaverit, nisi reatum suum secundo tertiove commonitus congrue emendaverit, domini corporis et sanguinis participatione privetur. Conser-vantes autem intercedentibus beatorum apostolorum Petri

a) Das zweite 's' ist übergeschrieben. b) 'ecclesie eiusdem', durch zwei Striche je über den ersten 'e' die Umsetzung angedeutet. c) Es stand 'assumptur', das 'r' wegradiert, über das 'u' ein 's' gesetzt. d) 'professionem'. e) 'persana', aus dem ersten 'a' durch Correctur ein 'o' gemacht. f) 'proffessionis', im ersten 'o' radiert. g) 'August' auf Rasur, es stand 'Benedicti'. h) Ursprünglich 'beneficiunt' das 't' radiert. i) 'principi'; es stand am Ende ein 'm' zum 'i' radiert. k) Es stand 'constitutionis', das 's' am Ende wegradiert.

et Pauli meritis omnipotentis dei gratiam consequantur.
Amen. Amen. Amen.

- (R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M).
 † Ego Albericus Ostiensis episcopus ss.
 † Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.
 — † Ego Guido presbiter cardinalis tit. sancti Grisogoni ss.
 † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.
 † Ego Guilbertus indignus sacerdos tit. sancti Marci ss.
 † Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.
 — † Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.
 † Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.
 † Ego Iohannes Paparo diaconus cardinalis sancti Adriani ss.

Datum per manum Hugonis, presbiteri cardinalis, agentis vicem domni Guidonis, sancte Romane ecclesię diaconi cardinalis et cancellarii. Parisius, XV. kal. Iunii. Indictione X. Incarnationis dominice anno MCXLVII. Pontificatus vero domni^a Eugenii^b pape III. anno III.

Pergament nicht italienisch, doch auf italienische Art verarbeitet, breit 0,48 — 0,485, lang 0,52 — 0,525, unten 0,03 umgeschlagen, durch 2 Löcher geht die dunkelgelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel n. 4 (Specimina Tab. 136 n. 7) hängt.

Papst Eugen III. nimmt das Kloster S. Maria zu Trier (Oeren) in seinen Schutz, genehmigt ihm die erneuerte Regel des heiligen Augustin und bestätigt seine Besitzthümer.

1148 April 20.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus Lucardi^c, monasterii sancte Marie Treverensis, eiusque sororibus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus sollicita nos oportet consideratione prospicere, ne cuius necessitatis occasio aut desides faciat, aut, quod absit, robor conversationis infringat. Quocirca, dilecte in domino filie, vobis et ecclesie vestre utilitati clementer providere volentes, eandem ecclesiam sub beati Petri et nostra pro-

a) 'donni'.

b) Hinter 'Eugenii' Punkt, der weggewischt ist.

c) Hier fehlt die Bezeichnung, wahrscheinlich 'magistre' (vgl. die folgende Urkunde), wohl übersehen, weil sie auch mit 'm' wie 'monasterii' beginnt.

tectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut iuxta providentiam et dispositionem Riccardi, Sprenkirbacensis abbatis, eiusque successoris, donec apud eos canonicus ordo viguerit, religio secundum beati Augustini regulam in vestra ecclesia reformetur et auctore domino conservetur. Quascumque preterea possessiones, quecumque bona ex dono Dagoberti regis et filie eius vel aliorum dei fidelium seu alio modo eadem ecclesia iuste et canonice possidet aut in futurum iustis modis deo propitio poterit adipisci, firma vobis et his, que post vos successerint, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur, earum pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et Treverensis archiepiscopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M).

† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

— † Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sancte Praxedis ss.

† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.

† Ego Iulius presbiter cardinalis tit. sancti Marcelli ss.

† Ego Wido presbiter cardinalis tit. Pastoris ss.

† Ego Bernardus cardinalis et presbiter tit. sancti Clementis ss.

— † Ego Oddo diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.

† Ego Octavianus diaconus cardinalis sancti Nicholai in Carcere Tulliano ss.

† Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli ss.

† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.

Datum Catalauni, per manum Guidonis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii. XII. kal. Madii. Indictione XI. Incarnationis dominice anno MCXLVIII. Pontificatus vero domni Eugenii III. pape anno IIII.

Pergament nicht italienisch, aber auf italienische Art bearbeitet, breit 0,44, lang 0,50—0,505, unten 0,022 umgeschlagen, durch drei Löcher geht eine jetzt weissliche, ursprünglich wohl goldgelbe Seidenschnur, an der das Bleisiegel n. 4 (Specim. Tab. 136, n. 7) hängt.

Papst Eugen III. nimmt die Kirche S. Maria zu Oeren (in Trier) in seinen Schutz, bestimmt ihr Verhältnis zur Mutterkirche Springiersbach, trifft sonstige Bestimmungen und bestätigt ihre Besitzthümer.

1152 Mai 27.

Eugenius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus Offitię, magistrę ecclesię beatę Marię ad Horreum, eiusque sororibus tam presentibus quam futuris, canonicam vitam professis, in perpetuum. Quoniam sine verę cultu religionis nec ecclesia potest salva subsistere nec gratus deo famulatus impendi, beneplacentem deo religionem statuere et stabilitam exacta nos convenit diligentia conservare. Eapropter, dilectę in domino filię, conservationi ac profectui religionis vestrę pro nostri offitii debito providere volentes, ad petitionem dilecti filii nostri Ricardi, Sprenkirbacensis abbatis, ecclesiam beatę Marię ad Horreum, in qua divino estis famulatu mancipatę, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum dei timorem et beati Augustini regulam ibi auctore domino institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quascunque possessiones, quęcunque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonicè possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque succedentibus^a et illibata permanea(n)t. Ut autem et statuta in ecclesia vestra religio et res ad sustentationem vestram et earum, quę post vos successerint, futuris temporibus illibata ser-

a) 'denti' auf Rasur.

ventur, presenti capitulo decrevimus adiungendum, ut semper ad Spenkirbacensem ecclesiam tanquam ad matrem ecclesiam ipsa respiciat, et ab ea disciplinam et correctionem accipiat, a qua studio et providentia nostra precipue antedictę regulę sumsit exordium. Sprenkirbacensis autem ecclesia omnimodam de vobis in domino sollicitudinem gerat et fratres, ad custodiam vestram inde transmissi, res ecclesię cum consilio magistrę vestrę, quę pro tempore fuerit, salubriter conservent atque disponant. Sorores vero, famulatibus divinis intentę, infra claustrı ambitum se contineant, unde nulla detur eis egrediendi facultas, nisi magistra eas ad alia regularia claustra previderit transmittendas, ut ibi, quę salubria fuerint, doceantur aut doceant, vel sacrum velamen et confirmationis donum suscipiant. Preterea utilitati vestrę promptum cupientes impertiri consultum apostolica auctoritate statuimus, ut parrochiales ecclesię vestrę, cum eas vacare contigerit, idoneis presbiteris aut etiam dyaconibus, qui ad presbiteratus offitium sint in proximo promovendi, solum modo concedantur, et servata eis illa parte decimarum, quam vetus consuetudo provincię vestrę ipsorum usibus deputavit, reliquum earundem decimarum ad usus congregationis vestrę libere revertatur. Hoc quoque capitulo presenti subiungimus, ut ex hoc nunc ab ecclesia vestra nullum beneficium alicui tribuatur, et si aliquod eorum, quę hactenus sunt concessa, eo^a, qui exinde imbenefitiatus est, absque successore legitimo decedente vacuum remanere contigerit, ad usus vestri collegii absque contradictione aliqua revocetur^b. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed inconcussa omnia et integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva dyocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrę constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua

a) Auf Rasur.

b) 'vocat' auf Rasur.

iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum actionis bonę percipiant et apud supremum iudicem premia ęternę pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(R) Ego Eugenius catholicę ecclesię episcopus ss. (M).

† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss.

— † Ego Gregorius presbiter cardinalis tit. Calixti ss.

† Ego Hubaldus presbiter cardinalis tit. sanctę Praxedis ss.

† Ego Manfredus presbiter cardinalis tit. sanctę Savinę ss.

† Ego Octavianus presbiter cardinalis tit. sanctę Cecilię ss.

† Ego Cencius presbiter cardinalis tit. in Lucina ss.

† Ego Henricus presbiter cardinalis tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.

† Ego Iohannes presbiter cardinalis tit. Equitii ss.

— † Ego Otto diaconus cardinalis sancti Georgii ad Velum aureum ss.

† Ego Radolfus diaconus cardinalis sanctę Lucię in Septa solis ss.

† Ego Iacintus diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmydyn ss.

† Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi ss.

Datum Signie, per manum Bosonis, sanctę Romanę ecclesię scriptoris. VI. kal. Iunii. Indictione XV. Incarnationis dominicę anno MCLII. Pontificatus vero domni Eugenii pape III. anno octavo.

Pergament italienisch, breit 0,44—0,445, lang 0,695, unten 0,018—0,032 (rechts breiter) umgeschlagen, durch zwei Löcher geht eine ursprünglich rosa, jetzt bräunliche Seidenschnur, an der das Bleisiegel n. 10 (Specim. Tab. 137 n. 1) hängt.
